














colorchecker CLASSIC




x-rite




135









~~478~~

n° 479

*Table des matières
contenuee dans ce volume*

- 1^o Ordo processionis quæ fit
processus lumen in Ecclesia
ad Sepulchrum post complorium
Processio celebranda post
complorium in Bethleem
ad processum Christi
- 2^o et nova recuperatio e sagarreto
Ecclesie pro Thomam aconiaria
- 3^o Exaltatio redemptoris Templo
Divi Iohannis Baptiste

NOVA RECVPERATIO
Venerabilis
NAZARETH ECCLESIAE

A R.P.F. Thoma Nouariense Ord. Min Regularis obseruantiae Theologo sac. Montis Sion Guardiano, ac totius Orientis Apostolico Comm. Die 29. Decembris Anno Dñi MDCXX. solemniter facta.

Vna cum processione ab eodem R.P. edita, ibidem quoque die celebrandæ.

Cuius occasione rei, noua etiam aliqua memoria, scitum digna, quæ illic ad sacrosanctæ Lauretanæ Domus veritatem corroborandam sunt adinuenta referuntur ac miracula quædam, quippe quæ Deus benedictus ad genitricis suæ gloriam, & fidei nostræ incrementum in loco, vbi Verbum caro factum est, dispensatione mirabili, ipsis etiam Infidelibus, quotidie operatur fideliter ab eodem enarrantur.



ii Superiorum

Permissu.

ROMÆ Excudebat Stephanus Paulinus. MDCXXIII.



Illustri Adm. & Reuerendiss. D.

D. IOANNI CIAMPOLO
S. D. N. Papæ ab epistolis secretis ad viros
Principes, nostri sæculi sapientia, & pru-
dentia facile Principi.

F R. T H O M A S A N O V A R I A Ord.mi-
norum de obseru. Theologus , ac linguarum orienta-
lium Magister salutem, plurimamq; felicitatem .



Eleberrium Urbis Nazareth Tem-
plum contra Galilee mare in Mon-
tanis situm: Ad Mediterraneanum
Orientali in plaga ultra Ptolemai-
dam possum; Betbsaidæ Ciuitati, Pe-
tro, & Andrea præclaræ, proximum;
nō procul à Cana Nathanaelis Pa-
tria, ubi Christus aquam in vinum
conuertit; nec longe à Naim , ubi
Vidua filium à mortuis fuseit auit, quinimo iuxta Thabor
Montem , ubi Dei filius triumphum sua gloria in splendi-
dissimo Transfigurationis apparatu ostendit, collocatum
est. Quod quidem prius ab Helena Constantini Matre

a funda-

a fundamentis in honorem Dei Matris opere mirifico con-
structum; deinde à Christianorum Regibus post gloriosam
terrae sanctæ recuperationem, magno sumptu reparatum
est. In cuius medio admirabili ornatu quondam Dei Ge-
nitricis Domum, postea ab Angelis ad Recinetensem agrum
miraculose asportatam, ac hodie Lauretanam dictam,
conseruabant. Hoc inquam Illūstr. admodum, ac Reue-
rendiss. Dñe toto terrarum orbe augustissimum Nazareth
Templum, cum illius Sacrosancta Domus situ, ac in fun-
damentis, ad hæc nostra usque tempora conseruata memori-
ria, Hierosolyma iterum capta per multorum Annorum
spatia sub infidelium iugo, ac tyrannide à Fidelibus der-
elictum, nouissime à me ingenii omnium Orientis Chri-
stianorum gaudio de manibus Turcarum redemptum, di-
uino cultui restitutum, Terraq; Sanctæ locis tandem ad-
iunctum est: Cuius sane recuperationis memoria, ac præ-
tiosa dragma pro tibesauro Ecclesia facta acquistio, ne-
villa unquam temporis iniuria sit persura; Tibi viro eru-
ditione spectabili, auctoritate præclaro, probitate insigni,
virtutumq; omnium, splendore conspicuo dicare, offerre
presentareq; decreui; ut hæc etiam grati animi mei obse-
quia, maxima tua erga me benevolentia, fauoris, ac pa-
trocini, mundo fore testimonia manifesta. Accipe igitur
Perill. ac. Reu. Dñe famuli tui munus orientale tam sincer-
ra quoque fronte, quam beneulo datur animo. Vale diu
felix saculi nostri splendor. Datum Romæ ex Conuentu
S.Petri Montis Aurei Kalendis Maij, 1623.

In orbe vrbis non fuit vñquam, tam dignis
e Cœlo illustrata fauoribus, nec Ciuitas.
aliqua in Terræ circo talibus nobilitata
Ciuius, sicut celebris Nazareth Galileæ
Ciuitas. Hæc siquidem ab æterno præele-
cta fuit, ad quam non solum futura Dei
Mater cum putatio Patre Ioseph destinaretur; sed e sum-
mis Cœlorum fedibus Archangelus Gabriel à Deo, lega-
tione tam graui, in plenitudine temporis mitteretur, si-
eut in Euangelio scriptum est. *Missus est Angelus Gabriel à*
Deo in Ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth. In hac qui-
dem Vrbe, Diuinæ dispensationis arcanum per Angelum
patefactum est. In hac quoque humanae reconciliatio-
nis Sacramentū per Virginem, & Angelum simul est per-
tractatum. In hac tandem admirabile Incarnationis com-
pletū est Mysterium, dum Diuina humanis, ima summis
coniuncta sunt; Deus homo, & Verbum caro factū. Hæc
Saluatoris Patria fuit, ab hac nomen Nazareus accepit.
In hac viginti tres penè annos commoratus est. Verè fel-
ix Patria, verèq; inclyta Nazareth, quæ Dei filium inter
suos, Cœlorum Regem vt Ciuem, Saluatorem Mundi ve-
luti florem, tanquā suo conneniens nomini feliciter obti-
nuit. Cui vñquam Vrbi talia facta sunt? quæ Mænibus
circuifepita similia videntur? Qualis Ciuitas talibus priuilegijs
nobilitata fuit? Reuera adeo glorioſa, & admiranda, quæ
de ea dicta, & in ipsa sunt facta, vt non humano, sed Ange-
lico indigerent præconio; At satis est eū illam dixerim. Vr-
bem, in qua Verbum caro factum est. Hæc vñica illi, alia-
rum omnium superat Vrbium laudes, sed (prohdolor) ca-
pta iterum ab Infidelibus Ierosolyma, florida Nazareth,
decorum suæ gloriæ illicò amisit. Templumq; in ea per-
augustum, cultore fine suo manēs, ruinis casibusq; patuit,
cuius quidē præclara monumenta sicut hodiē diruta, &
antè oculos nostros prostrata iacent, ita mærem, dolo-

rem q;

5

remq; lacrymis mixtum, cui libet ingerunt intuenti. Nam ex tam magna Ecclesiæ structura, & Monasterij mole, non nisi sanctæ Domus Lauretanæ locus, ac illius sacrum adiacens specus, miraculosè supersunt, quæ proculdubio diebus istis similiter corruissent, nisi Dominus, qui Domum suam diligit, admirabili prouidentia, qua cuncta gubernat, & regit, ne penitus ruerent, obstatisset. Nam cum Pauli V. Pont. Max. iussu, ultima Chaldaeorum legatione perfundatus essem, & Alepi Syriæ alterum eorumdem Chaldaeorum Patriarcham, nomine Simonem aduenientem, sanctæ Apostolicæ Sedi obedientiam præstaturum expectavsem, sicut iure iurando mihi multoties affirmauerat, eo ipso tempore Ierosolymis Sacri Montis Sion Guardianus, pestilentia ex humanis sublatuſ est, cuſ multis alijs Fratribus. Quo auditu Reuerendissimus Pater Benignus à Genua totius nostri Seraphici Ordinis Generalis Minister, me licet immetitū, in demortui tamen locum suffecit. At non multo post, tam graui mihi impositi oneris, obedientialibus litteris acceptis, magna Scyllæ & Charybdis pericula, paruo obedientiæ nauigio, etiā egrè, & inuitò, velociter tamen subite coactus sum. Et quamuis hinc funestos pestilentia vortices, adinstar Inferni fauciū omnia diglutientium per Vasta Syriæ, & Palestinæ spatia sustinerem, & inde saeuos tyrannidis Scopulos ferique Barbarorum maris tempestates Ierosolymis incurrire necesse esset. Nihilominus Diuino frœtuſ auxilio, sanctæ obedientię clypeo Munitus securè, ab Urbe Alepi inter mortuos, & pestis morbo infestos, constanti animo Ierosolymam versus, iter, & ipſe arripui securus. Cum autem iuxta Montem Thabor ad inferioris Galileæ oppidum عین تجار Aain togiar i. fons Mercatorum appellatum perueniſsem, secunda vice, propinquum Nazareth Sanctuarium deuotionis ergo visitare decreui, quamvis difficile tunc foret, ac periculofum undique Nazareth pertransire. Cum adhuc illius Iulti Na-

thanaelis elogii in his perduret in iustis, dicentis . A Nazareth potest aliquid boni esse? Impavidus non minus ab iij quinimo omni terrore deposito præstantiore animi fortitudine sanctum locum ingressus , quem dum cum specu deuota veneratione percurrentem , abiecta cuncta , atque deserta conspicens , intimis animi sensibus pressus , erumpentibus tandem lacrymatum riuiulis totus perfusus sum. Quamobrem inde exiens , quosdam sciscitatus à Nazareth Mauros , cuius esset locus , cuiusue iurisdictionis oppidum. Responderunt , Sydonis Principis , qui Emissa fachereddin appellatur. Quod ut audiui , quoniam illic illustratus lumine fuerim , nescio , vnum verè scio , quod de recuperatione tanti sanctuarij statim cogitate cepi , dicens in corde meo Principem hunc adibo , locum sanctum petam , Deoque omnium bonorum largitore donate eundem fitmiter obtinebo , quod quidem , ut tunc cogitara , ac suggestente spiritu prænotetam post sex menses tam feliciter executum est , aliqua tamen languoris grauidine præcedente , in qua de huiusmodi re iterum præmonitus fui , ut potius Angelorum miraculo , quam hominum labori attribuendum sit. Nam tanti boni intuitu , & pristinæ recuperandæ sanitatis spe ductus , adhuc conualescens à sancta Ierosolymorum quietate itinere dierum sex Sydonem usque felici gressu pergebam , dumque iter prosequabar , laxabatur morbus , valetudo augebat quotidiè. At ibi tandem non inuento Principe , comitatu Domini Baptiste Tarquet pro Christianissimo Rege totius Palestinae Consulis , Domini Alberti gadana olim Sydonis item Consulis , Domini Fratricisci lebar Terre sancte Procuratoris , ac Domini Raphaeли Nauis Sancti Victoris Rectoris , Berytum Phœnicis Vrbem , vbi prædictus Princeps nouo Domus , & nemoris delicio tenebatur , profectus sum , à quo non solum benignissime visus , verum , & omni liberalitatis officio , in solito Residentia Palatio ad duplex Conuiuum quam humanissi-

7

mē exceptus sum. Cui tandem mei aduentus causam bre-
uiter exposui, piumque desiderium construendi sanctum
Nazareth locum, patefeci, quo auditō Princeps, subridens
ait, vtinam mihi libera tribueretur facultas, multò enim
maiora pro Christianis facerem, quam tu ipse existimas.
Nam non modo quem nunc petis, verum, & alia multa
Dominij mei loca, tibi, fratribusque tuis gratis, ac libere
concederem, si is, qui nunc tenet de medio fieret. Nihilo-
minus ad præsens, vt tuis pijs, honestisq; votis satisfaciam,
sanctum Nazareth locum tibi concedo, concessumque in
posterum decerno, at vt hoc firmius ita sit, ad hæc etiam
tibi iniugo, vt meis acceptis Epistolis Sapheth Superioris
Galileæ Cad. i. Iudicem adeas, ac ab ipso iuxta Mahome-
tationum leges possessionis instrumentum obtineas volo,
& vt omnia ex sententia fiant, ego ipse crafina die vo-
biscum Sydonem cōtendam, vbi una cum Principe Ali
filio meo vestratum litterarum expeditionem illicē fieri
mandabo, quibus auditis Iētus, illi innumerā egi gratias
ceterique qui mecum aderant omni gaudio replete, simili-
ter fecerunt, sed hic valde mirādum est, qualiter Princeps
iste omni dilatatione submota prōpto, hilarique animo, san-
ctum Nazareth locum nobis gratis tradiderit, quinithò, &
lōgē à communī omnium Turcarū usū, etiam eleemolinas
ad ipsum restaurandum sponte elargitus fuerit, alia quoq;
Galileæ deuota, & sancta loca liberè repromiserit, ac tan-
dem omnibus humilitatis officijs nos prosequutus, qualiter
ipſis etiam Nazareth senioribus efficaciter commēda-
tos voluerit, admirabile inquā est. Nam post aliquot dies,
cum tres illorum Primiōres, qui ad se pro alijs venerant
negocijs, receperint, omnibus illis expeditis, vt fratum, &
sancti loci curam haberent summopere commendauit, ac
omnia fauoris & gratiæ, quæ in eosdem contulissent, in se
collata fore non modo verbis, sed etiam rebus expressit di-
cens, tria bouum iuga, cuique vestrum, videlicet unum ex

annuis redditibus meis, quos à Nazareth, iuxta Principis iura accipio, dono liberè, vobis cōcedo, ob hoc tantum, vt frātrum sollicitam curam geratis; locumque sanctum eorum custodiatis, ac mea auctoritate ipsum conseruatū velitis semper, quod si secus, quam de vestra obedientia, mea sibi promittitur humanitas acciderit, pro certo sciatis, me de manu vestra, omne illorum damnum usque ad ultimum quadrantem requisitū, & cetera mala tūm à vobis, cūm ab alienis ipsis illata, in vestram tantum ruinam, & vitæ periculum reique familiaris iacturam cœsura arbitremini. Meam ergo perpendite voluntatem, vestrumque casum pertimescite. Prudentes enim viri raro, vel numquam fortunæ succumbunt. His dictis, eos humaniter dimisit. Hæc omnia, vt nunc præfata sunt, paulò post, Deo Misericordiarum Patre disponente, ita feliciter euenerūt, vt nihil nobis opreatius accidere potuerit. Anno igitur salutis 1620. a Sydoniorum Vrbis Principe, commēdatijs acceptis Epistolis, atque à Sapheth Cadi, omnibus exinde ad negocium pertinetibus obtentis, comitatus à quodam Gubernatoris Sapheth Chiaùs, ac militum eius custodia munitus in via, vna cum Patre Fratre Iacobo à Vandomo Sacerdote, & Fratre Francisco Salice, Siculo, ac infra memoratis testibus, ad sanctum Nazareth locum die 29. Novembris in sabbato incolumes peruenimus omnes, ibique Principum litteris expositis, Cadique decretis, coram testibus lectis, præfati Sanctuarij liberam iuris possessionem nostra, atque etiam communi eorum lētitia, illo eodem die, solemniter accepimus, Testimonijs fide dignis præsentibus, Domino videlicet oliuero Chiaual, Sydonis Cōsule præterito. Domino Alberto Gardana olim Consule, Domino Francisco lebar sanctorum locorum Ierusalem Procuratore, & Domino Americo, nobili Massilieni, qui quidem omnes nobiscum ad tam dignam memorabilem, ac sanctam conuenere lētitiam locum igitur sanctum

ingref-

ingressi, in cuius fundamentis olim lauretana extabat Domus, ad sacrum specum vbi Beatisima Virgo Maria ab Angelo salutata fuit, introducti, pie, religiose, ac deuoto cultu utrumque quali corporis oculis verbum humanatum spectaremus, venerati sumus. Deinde delubrum tam dignum, tamque celebre sanctuarium purgare cepimus, antiquissimum Annuntiationis Altare a Christianis erectum, benediximus. Lampadibus locum sanctum ornavimus, Antrum non ita clarum, luminibus collustrauimus, ac demum omnibus Diuino cultui bene dispositis Vesperas Sabbathi ultime Dominicæ Aduentus, solemniter catauimus, quibus expletis, ac completorio, illic quidam à Nazareth Mauri, Arabes, & Christiani superuenerunt, qui, quæ à Priscis memoratu digna, certaque traditione acceperunt nobis per ordinem comonstrabant, ac miracula quæ Deus per merita Beatæ Mariæ semper Virginis illic operabatur, quotidiè, vnamiter contelabantur; quæ quidem vix credebamus vera, cum in testimonium nostræ fidei à testimonijs nō fidelibus dicebatur. precipue verò quæ de duabus colunis illic à Priscis Christi fidelibus positis, ipsi narrabant, quarum vna in ipso speluncæ introitu, seu ianua, ad leuam collocata fuit, ad proprium insinuandum locum vbi Arcangelus Gabriel perstitit, quādo ad Mariam Virginem ingressus est. Altera iuxta hanc ex aduerso duorum penè passuum tractu, intra ipsum specum ad illius sanctissimi conseruandam memoriam loci, in quo non solum Beatisima Virgo Maria, Dei Mater mox futura, in abdito remota orans, annunciata fuit ab Angelo. verum, & vbi eterni Patris verbū in plenitudine temporis, spiritu sancto cooperante mirabiliter caro factum est, & habitavit in nobis. Hæc quippe columna non multis abhinc annis à superstitionis quibusdam Mauris Africanis, magnum continere Thesaurum arbitrantibus, ex inferiori parte ad quinque palmos supra basim detruncata est, reliqua tatum desuper

super -

superstite, miro quidem modo ad Cœlum speluncę suspen-
sa manente. De hac quidem miracula quedam referebant,
quibus, visu, & experientia tantum assentire voluimus,
publicè namque assertebant ipsam die quoque Dominico
liquore respersam, ad instar olei apparere; omnibusque cō-
monstrari, cuius deuoto contactu, tunc multos a ciueris
corporum languoribus passim, meritis Beatæ Mariæ Vir-
ginis sanari, ac liberari. Quæ quidem cum diligentissime
obseruassem ipsamque columnam si mutaretur sepiissime at-
tendisse nihil enim de his, quæ dicebantur à Mauris, in
ipsa per totum Sabbathum reperimus, nec etiam post mat-
tinum aliquid apparuit; manè autem factò præmemora-
tæ Dominicæ Eccedum ego solemniter primam Missam in
specu celebrarem, post Sanctissimi Corporis, & sanguini-
nis consecrationem, cepit columna illa mirabiliter muta-
ri, ac varijs vbique maculis illico conspersa, quasi expan-
sum oleum in diuersis panni partibus diffunderetur, non
sine admiratione & stupore, nostris apparebat oculis. Sed
cum Natiuitatis Domini Nostri solemnes instarent dies,
quibus ex officij debito cum fratribus Pôficalia peractu-
rus Bethleem ad incunabula Saluatoris interesse tenebar,
omnia equidem experimento tunc probare non potui.
Quare præfatum Patrem Iacobum huius itineris socium
sanctæ Nazareth Domus custodem institui, eique noui
Conuentus curam demandans, inter cetera miraculorum
obseruationem, & sancti loci restaurationem eidem quam
diligentissimè commendaui, & ita à Nazareth loco, manè
velociter sequenti euolans, Ierosolymam post tres dies ve-
ni. At grauibus hinc inde terræ sanctæ negocijs, in dies,
magis perurgentibus, Tyrannorumque insolitis extorsio-
nibus continuò præmentibus, & quod caput est, celeber-
rimi Templi Sanctissimi D. Nostri Iesu Christi Sepulcri
lacrymosa imminentे ruina, ac eius miserabili casu im-
pendente, post sex menses ad fidelium terras compulsus

sum

sum remeare, ac Christiani orbis Rectorem Christi, vide-
licet Vicarium ad pedum oscula, ab Ierosolymis Romam
vsque impulsu altiori, quam humatio, pro his adductus
sum. Quamobrem in ipso solemini ac festiuo sanctissimæ
Trinitatis die longam hanc viam, periculofumque iter ag-
gressus cum Patre Fratre Melchiore Antuerpiate, Terræ
Sæctæ à secretis, ac Fratre Iulio Veneto socio, Ioppe descé-
di ibique consensa Nauicula ad Ptolomaïdæ Portum ap-
pulsi ante festiuitatem Corporis Christi, deuotissimum
Nazareth sanctuarium iterum visitauimus, vbi quæ notatu-
digna vidimus, & narratu, & de quibus certiores facti fu-
mus, hic per ordinem subjcere curauimus.

In primis de colūna metiorata longa obseruatione iam
facta ab illis Religiosis, asserebant nobis (præcipue loci cu-
stos) non solum diebus Dominicis, vt supradictum est, ve-
rum, & festis omnibus Domini nostri Iesu Christi, & Bea-
tissimæ Virginis eius mattis, eundem semper stillare liquo-
rem, quandoque etiam sudoris guttulas emittere, quod
quidem ego hisce oculis vidi, presati socij mei, alijque mer-
catores multi, qui de Nauibus Ptolomaïdæ ad solemnitatē
Corporis Christi, Nazareth conuenerant, qua sacra
die, octauaque illa tota, continuò sudore respersa ipsa co-
lumna stupentibus omnibus apparuit, cuius guttæ deuote
hatistæ diuersis diuersa dolorum genera tulere; Columnæ
etiam contactus idem quoque efficiebat vt iam dictum est.
Mulieres similiter tam fideles quam infideles partus diffi-
cultates sentientes, acerbosque dolores sustinentes, cingu-
lum, vel funem, qua illa fuerit præcinta, aut circumligata
columna, ad corpus eorum fide, & devotione admouen-
tes, circumponentesque illicò fæcum meritis Beatissimæ
Mariæ Virginis absque difficultate liberum emittunt.

Silencio quoque prætereundum non est, quod cuidam
deuoto viro nomine Antonio nostri Tertij ordinis aliquos
ante dies, accidit, venerat namque iste à Goa Indianum

Orientalium Vrbe celeberrima vsquē in Iudeam vt Bethleem cum Magis, Nascentis Christi incunabula venerantur, & Ierosolymis Resurgentis Domini Sepulchrum, vt Propheta ait, gloriosum, sensu palparet, fide credēret, mēteque adoraret, quod cum pietatis, ac religionis ardore perfecisset ad propria cum alijs Peregrinis, atque quibusdam ex nostris fratribus Alepum Syriae Vrbem petētibus, rediens, per mediā Galileam contigit pertransire, at cum propè Nazareth Sanctuarium se esse cognouissent, Sanctum Christi locum, nouamque Francisci Domum, deuotionis gratia vnamiter visitare decreuerunt. Sed cum nō longè essent ab Vrbe Nazareth, eccè semidiruta Turri, ac ruinis Ecclesiæ sanctæ Domus apparentibus, nimio arrepti desiderio perueniendi, & videndi properabant, ac sic deuotus cecidit Antonius ex equo cui infedebat, & talis fuit casus, quod nec equitare nec ambulare, nec vterius progreedi vlo modo pateretur, quem duorum virorum manibus ad Conuentum vsque deferri oportuit. Vbi præ dolore, atque molestia quiescere non valens, obnoxie petijit à Fratribus, vt in sanctæ Domus specu propè colurnam poseretur, quo facto ibi tantisper obdormiens, suavi quiete fruebatur, at à somno expergefactus, sanus, atque incolmis statim surrexit, & exiliens clamabat, *miraculum miraculum, Virginis Sanctissima.*

Præterea, vt digna tati loci memoria, pariter, & colum ne integritas iugiter conseruaretur, sub excommunicatio-
nis pena, ne quis absque nostra, vel maiorum auctoritate,
quiequam de ipsa frangere auderet, omnino præcepimus.
Sed Dominus Carolus Quantin nobilis vir Gallus, Santissimi Sepulcri Eques, qui cum quibusdam alijs deuotionis
gratia ab Ierosolymis illuc transmigrarat; Hoc ignorans
præceptum, capta opportunitate, tentauit cum comitibus
fragmenta aliqua de columna illa eruere; At dum hęc ictibus
trahere conabatur, quidam iuuenis aspectu venerabi-

lis, specum intravit, qui aliquantis per subsistens, & intuēs, verbis dulcissimis sic eos affari cēpit. Dñi mei quid facitis? Ut quid Virginis adhuc stantem memoriam tollitis? Vide te quælio ne sub deuotionis titulo, Deum, eiusque Genitricem offendatis. Dum hæc, & similia eos aliciens, promebat eloquia, quidam ex fratribus, descendit dicens, Venite ad prandium Domini, iam enim parata sunt omnia. Euntibus ergo illis post vocantern, solus remansit cum Iuene Dominus Albertus Gardana, qui, & hæc mihi fideliter enarravit, atque exposuit, condelectabatur namque de tam decora, & amabili præsentia, de tam dulci, & suavi colloquio, sed cum propè Ianuam Sanctæ Domus, extra confisterent, ac confabularentur, iterum è fenestra fuit vocatus à fratre, cui dum attenderet, dicens, præstò sum, Euanuit Iuuenis ab oculis eius nec vñquam eum vidit amplius et si omni adhibita diligentia, per quamlibet Nazareth Domum perquisisset, vndè non hominem, sed Angelum in forma hominis, & habitu, fuisse, existimauit.

Sed nè tandem aliquid de his, quæ ad Dei gloriam tunc præsens videram, & audieram prætermittam, quod postremò mihi accidit, singulari fide referam. Hoc namque sine maxima culpa præterire posse non videor, nihil enim ex omnibus Christi rebus præclarus est, aut præstantius quicquam, quam ipsam eius gloriam propalare, sanctæ fidei arma extollere, nostræ salutis opera celebrare. Diuina namque prouidētia, in me vilissimo Thoma, eam de certa sanctæ Domus translatione subrepere dubitationem sicut, quam in præclarissimo Apostolo suo, de vera sanctissimi sui Corporis ex mortuis resurrectione, suboriri permisit incredulitatem, ut dum vnius dubitantis errorem prodit, multorum fidem solidam reddat. Antequam enim Ierosolymam profisceter sanctam Lauretanam Domum inuisi, quomodo à Nazareth, in Dalmatiam primum translata fuerit diligenter perlegi. Quod & ea ipsa sit, quam Angeli

relictis

relictis ibi fundamentis, huc tandem ad Syluam Recin-
 tensis Matronæ, Lauretæ vnde nomen accepit, asportau-
 ent, testimonium quorumdam qui missi fuerat Nazareth
 in quodam lapide Capelle, domū sanctam ambientis, Lau-
 reti, sculptum vidi. Nihilominus postquam ter Nazareth
 Montana percucurreram, Sanctuarium inuiseram, locumq;
 sanctæ Domini totum perlustraueram, rem sane alijs non
 dubiam in controvëriam semper vocau: Impossibile qui-
 dem mihi videbatur, maius situ extensum in minore capi
 posse loco, & angustiorem locum, latiorem continere lo-
 catum; maior enim erat Sancta Lauretana Domus, quam
 situs, seu locus ubi ipsa in suis Nazareth fundamentis ap-
 parebat constructa, quod item re ipsa coram omnibus pe-
 regrinis & fratribus, per illos Corporis Christi octauæ dies,
 late probare non dubitau: Apud me enim seruabam quâ-
 dam Lauretanæ Domus plantam, Romæ anno Domini
 1619. excussam, quam Pater Vincentius à Sancto Franci-
 sco, Carmelita discalceatus, Sydone mihi Hierosolymam
 dono misit, cum quæ nullatenus poterat verus, ac primari-
 us situs Nazareth concordare, angustior inquam erat per
 longum, & latum simul, quatuor penè palmis, Lauretana
 namque Domus longa 40, describitur palmis hæc autem
 triginta sex, larga illa 18. & hæc 14. tantum, nulla igitur
 proportio, ac convenientia in re tam graui reperta est. Qua-
 re et si de ceteris certior, de situ tamen semper dubius an-
 cepsque remanseram, sed Pater Misericordiarum Deus,
 qui fideles Sanctæ Ecclesiæ diu dubitando errare vel deci-
 pi non patitur, occasione dedit, quod ratione querebatur,
 & gratia præsttit, quod sine fide haberi non poterat, vel
 capi. Nam prædictus Frater Iacobus Monasterij custos,
 cum eam sanctæ Domini partem, quæ ad occidentem erat
 sub fenestra Angeli, & ad meridiem propè Domus ianuâ,
 ruinæ proximam, restaurare vellet, ad fundamenta usque
 soluit vetustatem, quippe quæ diligenter, & attente consi-

derata

derata sanctæ Lauretanæ Domus fundamentum duobus palmis crassum seorsum ab alio adiumentum est, quod quidem ad sustentandam fabricam, & exornandam interius Domum, duobus item palmis latum, ex politis lapidibus compactum à Priscis illis Christi fidelibus ex interiori parte adiectum reperimus. Hoc igitur dimisso, à vetusto ac vero incipientes fundamento, linea[m]que mensurationis rectam ab ipso ducentes, Sūma omnium exultatione Plantæ sanctæ Lauretanæ Domus per omnia equalis inuentus est Nazareth locus, & fundamenta muris, & Domus fundamentis, locusque loco, situs sito, spatiumque spatio Nazareth inquam & laureti, dempto quod dixi, omnino conuenire, ac commensurari, Diuina opitulante gratia, veraciter inuenimus. His itaque ex eisdem fontibus pure hau-
stis ad fideliūm consolationem fideliter promimus, vt nullus deinceps in re tam graui dubitandi locus superfit, Sed qualiter illi viri, qui tempore Nicol. 4. summi Pont. ob hoc Nazareth missi tale inde probatum tulerint testimonium penitus ignoro, cum id quod nos (Deo dante experimēto) fecimus, ipsi tunc temporis sic facere minimè potuerint, nihilominus nec Nazareth, nec laureti appareret, quod fecerint. Nunc igitur id quod multis abhinc annis religionis zelo à quibusdam desiderabatur, ab alijs verò curiositatis & indagandæ veritatis titulo quærebatur, sole clarius diebus nostris probatum remanet.

Vnum adhuc restat hic apperiendū, quod nostros etiam adhæc v[er]aque tempora latuit. Nam in muro Septentrionali sanctæ Lauretanæ Domus, quandam vetustissimam fuisse Portam, in hodiernum usque diem omnibus se præbet inspicientibus, de qua etiam præclarum reddit testimonium typus plantæ supramemoratae littera I dicens, Vbi olim patebat Porta antiqua Domus, cuius trabs videtur. Ego cum supradictis Religiosis viris, Fratribus meis, qui utriusque Portæ locum, latiori ocio cōsiderauimus, qui que Do-

mus

mus Lauretanæ typum intra Nazarenæ ambitum præ manibus expâsum tenebamus, & quasi Domum ad Domum, & Portam ad Portam adiungeremus, adnotauimus, omni postposita dubitatione, eâdem prorsus ianuam quam ante Laureti clausam vidimus, cum ea, quam Nazareth præfentes tunc apertam ingrediebamur, communi omnium cōsensu adiudicauimus; æqualis namq; distantia, eiusdem aspectus, similis causæ vtrobiq;, hæc & illa sunt. Aequenam ambæ distantia à lateribus Domus, eumdem seruant aspectū videlicet Aquilonis, vtriusq; vna similis est causa, nempe ingressus non Domus, sed speluncæ, de qua supra dictum est. Nam ipsa Nazareth Ciuitas cum ad cuiusdam Montis declivitatem fuerit à Priscis edificata, omnes penè Domos eius, vel iuxta cryptas, vel speluncis hærentes, habebat, sicut etiam hodierna luce in multis videre licet. Hinc similiter Sanctæ Dei Genitricis Domus in Vrbe illa, sic iuxta specum constructa erat, illique hærebat, quod vna Domus plura habens Domicilia omnino videretur, nam quasi duæ Cellulæ in lapide Montis excissæ sanctæq; Domui interius adiunctæ, quarum prima latior, posterior verò angustior, forma quadrangulari dispositæ, usque ad hæc nostra tempora, integræ seruantur: ad quarum introitum Porta illa quæ hodie Laureti clausa conspicitur, cuius etiam trabs ad perpetuam rei memoriam videtur, Nazareth aperta fuit semper, & adhuc est nunc. Sed ad vberioram amplioremq; Sanctæ Domus notitiam, obseruandum est nobis ipsam in Muro Orientali, Caminum ignis habuisse, iuxta quem Apostoli Altare erexerant ad celebrandum, & adorandum Dominū versus enim Orientem eum qui occasum nescit, nos adorare docuerūt, vt sancti Patres tradunt; hæc natumque: Muri pars per reëtam lineam Sanctum Thabor Montem è vicino respicit, in quo Christus transfigurari voluit, cuius facies, vt Sol resplenduit. In muro vero Occidentali, aperiebatur fenestra Domus per quā

ingressus

ingressus est Angelus Gabriel, quando ad
Mariam Virginem missus est, que & Mon-
tis Supercilium respicit, super quem Na-
zareth Ciuitas edificata erat. Iste enim
est Mons, ex cuius inquam supercilio, ut
Euangelista docet, inuidi Cives Domini
num nostrum Iesum Christum precipita-
re uoluerunt, hunc item Montem Deum di-
lexisse Christiani, & Mauri incole aiunt;
huius meminisse uolunt, quando Angelum
Nuncium ad Mariam semper Virginem
destinavit; ad eius supercillum ipsum pri-
mo uenisse ibique cum multitudine An-
gelorum constitisse antequā recte per fenestrā
ingredederetur Domum, autumant. In me-
ridionali autem Pariete, qui uersus san-
ctam Ciuitatem Ierusalem respicit, anti-
qua, et uera domus porta, quippe que post
ruinam Ecclesie clausa manserat, uide-
batur quam iterum aperiri precepi, & hec
est illa dignissima porta ad angulum oc-
cidentalem propè uas aquae beneditte con-
stituta, per quam Dei filius spatio anno-
rum 23. cum Maria Matre, & putatiuo
Patre Ioseph, ingrediebatur, & egredieba-

tur. Alia Porta ad Angulum Orientalem extat Nazareth, ubi nunc illa secreta Lau-
reti patet, que post Altare ad interiore lo-
cū Domus ducit, per quam quidem prius,
omnibus illis Mauris, & nobis tantum pa-
tebat aditus, quā una cum antiqua pro-
intrantium commodo, illie constitutam,
atque apertam fuisse putamus; Intra do-
mum tandem in septentrionali muro,
alia patebat ianua, per quam existentibus
in Domo ad interiorem speluncæ ædiculâ
tantum licebat ingredi, que quidem pro-
latiori habitantium spatio ibi efformata
fuerat, à Ioseph iureo, uel Virginis paré-
tibus, & hec est, de qua supra fari cepimus;
in cuius limine ad sinistram columnam il-
la consurgit, ubi Arcangelus Gabriel ste-
tit, quando ad Virginem ingressus, eam
salutauit dicens. Ave gratia plena. intra
uero specum ad duos fere passus iuxta an-
gulum speluncæ ad Occidentis latum, alia
item miraculosa extat columna, ubi ipsa
Virgo Beatissima orans, & credens, nobis
Deum hominem dedit, ut iam dictū est.

Contra.

Contra hanc columnam ad Orientis latū
Altare à prisca erectum inuenimus, quod.
que iuxta Ecclesię institutum benedicētes,
ac in eo deuote M̄issar, solemnia celebran-
tes, primo illud sanctissime Virgini ibi an-
nunciate, dedicandum curauimus. Alte-
rum extra specum contra columnam An-
geli inter duas portas a meridiē in hono-
rem Archangeli Gabrielis erectum est.
Tertium in Secretiori spelunce parte,
quę postrema est cellula ad septemptrio-
nem, Sanctissimo ac Beatissimo Ioseph,
Virginis Sponso, tamquā eius sacretissimo
ac castissimo Custodi, merito dedicatū
est, ut sequens Processionariū indicat.
De fonte Beatissime Virginis iuxta
Civitatem Nazzareth, et de Ecclesia
sub eius nomine ibi constructa. Item
de lapide super quem sedebat Jesus
cum discipulis suis, quando illuc, illis
diuertere contigebat. Et de loco ubi
eum precipitare uoluerunt Nazare-
ni, de his inquam nostra non fuit in-
tentio pertractare. Hęc autem, que ru-
di

di, ac simplici stylo digessimus ad sum-
mi Dei gloriam, Immaculatę Virginis
memoriam, Sanctę fidei propagatio-
nem, & piorę fidelium deuotionem, sin-
cera, ac pura fide, ut presentes uidimus
& audiuiimus, enarrare, testari, futu-
rorumq; memorię tradere, curauimus.

PROCESSIO

Ad Altare sanctissimę Dei Genitricis Annū.

~ ~ . t i a t e . ~ ~

LITANIE S. DOMVS NAZARETH.

que hodie Lauretana

~ ~ dicitur. ~ ~

- K Yrie eleison. Christe eleison, K ie'eleiso.
C hriste audinos. C hriste exaudi nos.
P ater de celis Deus Miserere nobis.
F ili redemptor mundi Deus. Mis.
S piritus sanctę Deus Mis.
S ancta Trinitas unus Deus. Mis.
S ancta Maria. Orapro.

anc̄ta uirgo uirginū ora. ater Christi. &c..

ANTIPH. B. MARIAE VIRGIN.

Cantores. alternatim cāt. Chorus.

M̄issus est Angelus Ga : A Deo missus est
briel A Deo Angelus Gabriel
In ciuitatem Galilee Cui nomen Nazareth.
Ad uirginē despōsata Viro Cui nomen érat Ioseph.
De Domo David De' Domo David.
Et nomen Virginis Ma ria Et nomē Virginis Ma ria
Alleluia, Alleluia : Alleluia.

1041 VERSUS 14 MAY 2 1973

ମହାକାଳ ପରିମାଣରେ ଏହାରେ ଯାଏନ୍ତିରେ ଏହାରେ

...and the Lord said unto Moses, See, I have given you the stones of the law, and the tablets of stone, and the law, and the commandments, and the statutes, and the judgments.



N. Ecce Ancilla Dni.
R. Fiat mihi secundum uerbum tuum.

Oratio.

Deus, qui de B. Marię Virginis ute-
ro, Verbū tuū Angelo hic nunciantē car-
nem suscipere uoluisti, presta supplicib⁹
tuis, ut qui uerè eam genitricem Dei
credimus, eius apud te intercessionibus
adiuuemur.

Pro summo Pont. Oratio

Deus omniū fidelium pastor, & rector
Famulum tuum. N. quem Pastore Ecclesi-
& tue præsse uoluisti propitius respice;
da ei quæsumus, uerbo, & exemplo, qui pre-
est proficer ut ad uitā una cum gregi
sibi credito perueniat sempiternam.

Pro Imperatore. Oratio

Deus regnoꝝ omnium, & Christiani
maxime protector Imperij, da seruo tuo
Imperatori nostro triumphum uirtutis
tue scienter excolere, ut qui tua institutio-
ne est Princeps, tuo sit semper munere potens.

Pro Regibus nostris. Orat.

Quesumu Omnipotens Deus, ut famuli
tui Reges nostri, qui tua miseratione

suscepserunt Regnorū gubernacula, uirtutū
etiam omnium percipient incrementa, qui-
bus decenter ornati, & uitiorū monstra deui-
tarē, & ad te, qui uia, ueritas, & uita es, glo-
riosi ualeant peruenire.

Pro unione Christianorū Principiū or.

Deus, qui errata corrigis: & dispersa con-
gregas, & congregata conseruas, quesumus su-
per Reges, et Principes Xpianos tue unionis
gratiam clementer infundas, ut diuisione re-
iecta, uero Pastori Ecclesie tue se unientes
tibi dignè ualeant famulari.

Pro recuperatione Terræ Sanctæ Ora:

Deus, qui admirabili prouidentia tua cù-
ta disponas, te suppliciter exoramus, ut hanc
terram, quam Vnigenitus tuus proprio san-
guine consecravit, de manibus inimicorum
cunctis eripias: & eam in Christiana Reli-
gione tuo nomini seruire concedas.

Pro familia Terræ Sanctæ Ora

Defende quesumus Dñe B. Maria semp
Virgine intercedente, istam ab omni ad-
uersitate familiam, & toto corde tibi pro-
stratam: ab hostiū propitius tuere clemen-
ter

ter insidijs. **Pro Nauigantibus. Oratio.**

Deus, qui transstulisti Patres nostros p
Mare rubrum: & tranuexisti eos per aquā
nimiam, laudē tui nominis decantes, te sup:
pliciter deprecamur, ut in Naui famulos
tuos repulsis aduersitatibus, portu semp
optabili, cursuqz tranquillo tuearis.

Pro Peregrinis. Oratio.

Addesto quesumus Dñe supplicationi:
bus nostris: & uiām famulorū tuorū in
salutis tue' prosperitate dispone', ut in:
ter omnes uicē, & uite' huius uarietates
tuo semper protegantur auxilio.

Communis. Oratio

Domine Iesu Christe' largitor gratie'
& amator charitatis, qui nos orare' docui:
sti ad te' nunc clamantes exaudi, & inter-
cedente' gloriosa Virgine' Maria matre' tua,
cum beatis Apostolis cuius Petro, & Paulo,
atq B. Francisco, & omnibus sanctis Car:
dinalem nostri seraphici Ordinis Prote:
ctorem, Ierosolimitanę Ecclesię Patriar:
cham, Prelatos omnes, et Principes, Reli:
gionis nře' Generalem, Sacri Montis
Sion

Sion Guardianum, & cunctum Populum
Christianum ab omni aduersitate custo-
di: Loca sancta nostra, nos famulos tuos:
consanguineos: ac Benefactores nostros, in
omni sanctitate conserua, omnesq; peccato-
res a uitijs purga, uirtutibus illustra, pa-
cem, et salutem eis tribue, hostes uero Visibi-
les, atq; inuisibiles, a nobis remoue, carna-
lia desideria repellere, Aerem salubrem, atq;
fertilem presta, amicis, et inimicis nostris
charitatem largire, atq; Ciuitatem istam
sanctam ad cultum Christianum conuerte,
& nos ab omni peste, fame, & feritate ini-
micorum illos conserua, & omnibus fidelib-
us uiuis, atque defuntis in terra uiuen-
tiu, uitam, & requiem eternam concede, & be-
neditio tua sit super nos semper. Qui
uiuis, & regnas in secula seculorum. A men.

Ad Altare Archang. Gabrielis Aña

Et ingressus Angelus ad eam, dixit. Ave
gratia plena Dns tecu benedicta tu in mu-
lieribus. **X.** Angelus Dni nunciauit Marie.

R. Et concepit de Spiritu sancto. Oro

Deuus qui Archangelu tuu Gabrie-
lem Saludatorem mundi, Sacratissime
~~Virgo~~

Virgini concipiendū nunciasti, da ut eum:
dem, & mente pura cōcipiamus, & feruido
immitemur affectu: Qui tecū uiuit, & re:

Ad Altare s. Ioseph. Oratio.

Cum esset desporsata Mater Iesu Maria
Ioseph, antequā conueniret, inuenta est
in utero habens de Spū Sancto N. Ioseph fi-
lii Dauid: noli timere accipere Mariam cor-
iugem tuam. **R.** Quod enim in ea natū est, de
Spiritū Sancto est. *Oratio.*

Sanctissime genitricis tue Sponsi, quesu-
mus Dñe meritis adiuuemur, ut quod pos-
sibilitas nra non obtinet eius nobis interces-
sione donetur. Qui uiuis & regnas cū Deo
Patre in secula seculorū Amen.

V. Diuinum auxilium maneat semper
nobiscum. **R.** Amen.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.

41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.

61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80.

81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

